

XII. De secreta morte animę.

XIII. Item unde supra.

XIII. De precio redemptionis, causa supradictę mortis.

XV. De eo quod scriptum est in apocalypsi „Nemo poterat introire in templum“³.

[XV]I. De inclusione malorum.

XVII. Item unde supra.

[XV]III. De ostiariis monasterii. /

Auf fol. 1^v steht das oben S. 502 beschriebene Bild mit den beiden dort abgedruckten, lückenhaften Distichen.

fol. 2^r

stui ulte{ri}or {venturus} pro magno extollentię⁴ instrumento, ac velut occulta idolorum supersticione abutuntur. Quibus ex divina comminatione per Ysaïam⁵ dicitur: „Pro eo quod elevatę sunt filię Syon, et ambulaverunt extento collo, et nutibus oculorum ibant et plaudebant, et pedibus suis composito gradu incedebant, decalvabit dominus verticem filiarum Syon, et crinem earum nudabit“. Et deinceps auferenda⁶ omnia illa vanitatum referuntur ornamenta, quę cum ádeo sint varia, et tot sanctorum patrum tractatibus digesta, de suis potius fontibus vestre prudentię haurienda sunt eorum mysteria.

Quantum vero ad premissam pertinet sententiam, ornamentum⁷ monilium in superbiam ponitur, et ad imagines abominationum et simulachrorum redigitur, cum sanctarum scripturarum intelligentia in ornamentum animarum a deo nobis data magis ad superbię vanitatem quam ad⁸ caritatis edificationem convertitur. Quidam enim dum scientię gra-

3) *Apoc.* 15,8.

4) *Verba seniorum VII 17, MIGNE PL 73, Sp. 896BC*: extollentie enim instrumentum amisimus; *ebenso Smaragd von Saint-Mihiel, Diadema monachorum c. 31, MIGNE PL 102, Sp. 626D.*

5) *Isai.* 3,16-17.

6) *Isai.* 3,18: auferet dominus ornatum calciamentorum.

7) *Ezech.* 7,20: Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt et imagines abominationum suarum et simulachrorum fecerunt ex eo; *Hieronymus, In Ezechielem II 7, ed. Franciscus GLORIE (CC 75/1, 1964) S. 84,992-994 bzw. Hrabanus Maurus, In Ezechielem, MIGNE PL 110, Sp. 616.*

8) *Gottfried von Admont, Homiliae dominicales 24, MIGNE PL 174, Sp. 158C*: ad utilitatem et aedificationem in monasteriis conversantium convertamus.